

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

Aus einem Brief Ciceros vom Mai 44 v.Ch. an den Konsul Dolabella, seinen früheren Schwiegersohn

1 Etsi contentus eram, mi Dolabella, tua gloria satisque ex
 2 ea magnam laetitiam voluptatemque capiebam, tamen non possum
 3 non confiteri cumulari me maximo gaudio quod vulgo hominum
 4 opinio socium me ascribat tuis laudibus. neminem conveni -
 5 convenio autem cottidie plurimos - quin omnes, cum te summis
 6 laudibus ad caelum extulerunt, mihi continuo maximas gratias
 7 agant. negant enim se dubitare quin tu meis praeceptis et
 8 consiliis obtemperans praestantissimum te civem et singula-
 9 rem consulem praebeas. quibus ego quamquam verissime possum
 10 respondere te quae facias tuo iudicio et tua sponte facere
 11 nec cuiusquam egere consilio, tamen neque plane adsentior,
 12 ne imminuam tuam laudem si omnis a meis consiliis profecta
 13 videatur, neque valde nego; sum enim avidior etiam quam satis
 14 est gloriae. et tamen non alienum est dignitate tua, quod ipsi
 15 Agamemnoni, regum regi, fuit honestum, habere aliquem in
 16 consiliis capiendis Nestorem, mihi vero gloriosum te iuvenem
 17 consulem florere laudibus quasi alumnum disciplinae meae.
 18 L. quidem Caesar, cum ad eum aegrotum Neapolim venissem,
 19 quamquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen,
 20 ante quam me plane salutavit, 'o mi Cicero' inquit, 'gra-
 21 tulator tibi cum tantum vales apud Dolabellam quantum si ego
 22 apud sororis filium (i.e. M. Antonium) valerem, iam salvi
 23 esse possemus; Dolabellae vero tuo et gratulor et gratias ago,
 24 quem quidem post te consulem solum possumus vere consulem
 25 dicere'. deinde multa de facto ac de re gesta tua; nihil
 26 magnificentius, nihil praeclarius actum umquam, nihil rei p.
 27 salutarius, atque haec una vox omnium est.
 28 A te autem peto ut me hanc quasi falsam hereditatem¹ alienae
 29 gloriae sinas cernere meque aliqua ex parte in societatem

¹ (Z.28/29) **hereditatem cernere = accipere**

30 tuarum laudum venire patiari. quamquam, mi Dolabella - haec

Herbst 1987

- 2 -

31 enim iocatus sum -, libentius omnis meas, si modo sunt aliquae
32 meae, laudes ad te transfuderim quam aliquam partem exhauserim
33 ex tuis.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Das Satzgefüge **gratulor ... possemus** (Z.20-23) ist syntaktisch zu analysieren.